[61, IS III 61] Regratiatur cuidam communitati de oblata pecunia, et vult, quod cedat in collecta eis imposita: Nuper ad audientiam nostram.

[62, IS III 62] Cuidam communitati commendatio de devotione cum insinuatione prosperi status: Devotionis tue licteras, quas.

[63, IS III 63] Capitaneo, quod mittat nomina potestatum, viccariorum et castellanorum sue iurisdictionis et sallaria eis debita annuatim: Contingit interdum, quod, dum.

[64, IS III 64] Magistris rationalibus suis de executione mandatorum et aliis rationalibus[a] sui officii ab officialibus exigendis: Inter accidentium multiplices.

[65, IS III 65] Magistris rationalibus suis super ratiociniis ab officialibus exigendis vel audiendis: Ad expeditionem celerem.

[66, IS III 66] Magistro massariorum suorum in Apulia de ipsorum reformatione: De tua fidelitate, prudentia.

[67, IS III 67] Mictit magistris et scolaribus Ronomanis[b] libros Aristocilis de Greco et Arabico in Latinum per eum noviter translatatos: In extollendis regie prefecture.

[68, IS III 68] Reprehendit quendam iustitiarium et acerbe cominatur eidem, quia minus tepide se gerit in officio sibi commisso: Ut iustorum et delinquentium.

[69, IS III 69] Responsiva iustitiarii ad imperatorem, et excusat se de obiectis: Debita reverentia maiestatis.

[70, IS III 70] Panormitanis fidelibus suis significat lectitiam de nato filio: Expectationum vestrarum votis.

[62v] [71, IS III 71] Eisdem de nata filia: Ecclesie[c] et debitum omnium populorum.

[72, IS III 72] Sanationi[d] populoque Romanis, ut mictant proconsules suos ad eum, quibus honores et officia vult conferre: Ardens semper fuit cor nostrum.

[73, IS III 73] Significat quibusdam magnatibus se cito iturum ad partes eorum, et roborat eos in fide solita: Quanta sit fidei vestre constantia.

---

a) *statt* ratiociniis b) *statt* Bononiensibus c) *statt* Communem d) *statt* Senatori